vero satisdacio facta fuerit non
tenetur nec debet ab aliis pueris
imposterum pro eodem homicidio inse-

67 **De viro qui alteri coram iudicio iurare debet** stregi

Si vir alteri iuravit coram
iudicio digne et sine pena potest
super ponere et deponere absque licen-
tia quia hoc non amittit

68 **De arrestacione equorum**

Si homo arrestat equum et di-
cit quod sibi subtractus fuerit aut
eo sit spoliatus ad hoc se trahere
debet ut est iuris extunc ille
bene ad suum venditorem se trahere
potest et venditorem nominare debet
super quem traxit et iurare tenetur
tacto sacramento quod ad verum se
trahat venditorem quocunque si-
bi nominaverit ibi ipsum sequi
oportet Non autem ipsum sequi debet
ultra mare aquarum et si sibi
defectus fuerit et neminem post se
habuerit respondentem utpote
venditorem habere potuit ut se co-
ram iudicio iactitavit et tunc
sibi fideiussorem faciet tantum
iudici pro pena et pro expensis
quas adversarius suus expedit
et diem nominare quando ibidem
debeat premere Sin autem dixerit
quod equum in foro emerit aut libere
emerit extunc suam pecuniam quam
pro eodem equo dedit integraliter
amittit Et illi suum equum reddere
oportet et nullam penam pro eo

69 **De pena iudicis** amittit

Quando iudex suam extorquet
penam vel nec aliquem super hac
pena potest extorquere Et vir bonus
iudicialiter alloquitur ut iuris est
vel hereditatem pro eo non indiget
iudicia die quinque tu ipse sibi
ad iusticiam iurare teneatur Et si
homo suam querelam tenere promisit
Et si medio tempore concordatum per bo-
nis pacis fuit pro eo non plus
amittet quam iudex acquirit suam

70 **Si vir percussus** penam
fuerit et querulare non lucrit

Et si vulneratus fuerit
aut truncatus fuerit et si conque-
rere noluerit iudex ipsum compellere non ad
aliquam potest querimoniam ultra
suam voluntatem

71 **De bonis illius qui ad mortem condempnatur**

Et si vir deceptus fuerit aut